

308 *Whitlaw* (sic) *Castle*, rep. d. 3. Nov. a. 1803 TEASD. *Aldston Moor*, rep. in vicinia, iuxta viam Romanam et prope castra WESTON, ITIN. Ara alta p. 3, lata dig. 16.

in latere sinistro:	D E O	in latere dextro:
<i>Hercules</i>	H E R C V L I	<i>Hercules</i>
<i>infans cum</i>	G ♠ VITELLIVS	<i>clava draco-</i>
<i>serpentibus</i>	ATTICIANVS	<i>nem Hesperidum</i>
<i>duobus</i>	5 € ♠ LEG VI	<i>caedens</i>
	♠ V ♠ P ♠ F ♠	

N. Teasdale *Archaeologia* 15, 1806 p. 391 et accuratius S. Weston *ibid.* 17, 1814 p. 229 tab. 17; *antiquarian itinerary* 3, 1816 male; Hodgson *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 75.

5 € (non ε) videtur in lapide esse.

Deo Herculi G. Vitellius Atticianus c(enturio) leg(ionis) VI v(ictricis) p(iae) f(idelis)

310 *I fond this faire, and large inscription at Whitley castle in Alsternmore* BAINBB. (*fixd in a wall at Alston More near Whitley castle where it was found* HAYT.) *Whitley castle*, in cuius vetustatis testimonium haec superest compendiosa scribendi ratione implexis litteris imperfecta inscriptio CAMD. Extabat in *Appleby*, ubi vidit HORSLEIUS, qui de antiquitate eius exempli dubitavit, quia exempla ibi novicia servari novisset (*Sir Robert Cotton would doubtless have removed and procured this stone, whatever is now become of it, for it is not to be seen at Conington. There is yet remaining at Appleby . . what I first hoped had been the original, but I am now suspicious it is no more than a copy, though taken a century ago, and done in imitation of the original*), deinde propter indicationem in fine additam de *Astonmore* (*at Alsternmore* HAYT.); sed quamvis ea novicia sit aperte, tamen titulum ipsum genuinum esse posse ipse agnovit. Puto Bainbriggium litteras restaurasse secundum lectionem suam.

R. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 313 (inde Grut. 1179, 11 'a Dn. Roberto Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 649 (inde Mur. 457, 3 'a Bimardo' et 247, 3 'ex Wesselingio [ad itin. Antonin. p. 481]; Goughs Camden 3 p. 430. 460); Horsley p. 250 *Cumberl.* 113 (inde Warburton vallum p. 158, 113; Hodgson 2, 3 p. 75; Newton p. 116, 97; Bruce *wall* p. 354 memorat tantum, non adscribit) et apud eundem J. Ward p. 349.

Gruteri exemplum Cottonianum cum Bainbriggii consentit exceptis minimis quibusdam ex ligaturarum in exemplo impresso solutione ortis, quae infra notavi. Haytonis lectio item paene consentit, scilicet post exemplum a Bainbriggio, ut conieci, restauratum excepta.

Quamquam Horsleius exemplum lapidis in *Appleby* servatum novicium esse suspicatus est, tamen ipsum archetypum Bainbriggium asportavisse ideo longe probabilius est, quod exemplum eius scriptum et a Roberto Cotton Grutero missum mendis lectionis apertissimis scatet, utpote profectum a descriptore imperito (cf. inprimis v. 7); contra quod Camdenus postea accepit nescio unde, in universum emendatum est servavitque verum cohortis numerum. Camdenus sane non dicit utrum ex *Whitley Castle* an ex *Appleby* illud acceperit; sed titulos tam longos tamque difficiles lectu Bainbriggium in lapide repetivisse per se improbabile est neque exemplis similibus comprobatur. Dolendum est Horsleium non distinxisse accurate quae in lapide vidisset ab iis quae Camdeni exemplo usus emendasset; dicit enim haec: *however from this* (i. e. ex exemplo *Applebeiensi*) *and Camdens copy diligently compared, I have given such a reading to it, as appeared to me most probable; . . . by the help of the stone at Appleby I have brought it nearer to the true form* cet.

1 IMP·CAES· (CAS Hayt.) IVL Bainbr., IMP·CAES·Lucii cet. Camd., IMP·CAES LV . . . Horsl. Inter v. 1 et 2 versum totum excidisse putaverim. 2 BECSADIA Bainbr., BICI ADIABENICI PARTHICI Camd. 3 MAX ET DV (MAX ET DIV ANTONI Grut.) Bainbr., MAX·FIL·DIVI ANTONINI Pii Germanici Camd. 4 SARM·

309 *Whitley Castle*, ara servata in the neighbouring farm house of *Castle Nook*.

Pars arae superior in omnibus lateribus ornata est anaglyphis rudibus

latus sinistrum:	pars anterior:	latus dextrum:	pars posterior:
<i>homo chlamydatus stans capite radiis ornato, d. sublevans, s. flagellum (?) gerens</i>	<i>homo nudus stans d. sceptrum (?) gerens, s. arae (?) imponens</i>	<i>statua hominis tunicati, cui homo item tunicatus aliquid offert, s. urceum tenens</i>	<i>statua hominis tunicati et sceptrum (?) gerentis. Ante eam homines duo ramos (?) dextris tenentes</i>

D |||||
||| I
||||| VS
. H . . .

Bruce *wall* ed. 3 p. 355, qui ad cultum Solis sive Mithrae refert probabiliter.

IMP·CAES·L·
BIC ADIA
MAX·FIL·DV ANTONINI
SARM·NEP·DV·NTONINI·P·RON
5 DIVI HADR·ABNEP·DV·TRAIAN
PARTH·ET DV·NERVADNEP
M·AVR·ANFNNO PIO
FEL·AVG
TR·POT X IMP·COS·III·P·P
10 CVRANTE p. C. 213
-217
LEG·AVG
COH·III·NERVIO
15 RVM·c·R·POS

NEP·DVAIFOL·NEP·NERO (DV·NON·P·RO Hayt.) Bainbr., SARM·NEP·DIVI ANTONINI PII PRON Camd. 5 DIVI HADR·NEP·DVC·TRAIAN· Bainbr., DIVI HADRIANI ABNDIVI TRAIANI Camd. 6 PARTH·ET DV·NERV·ARN·P· (PART ET·DV·NERVAE·ABNER Grut., PARTH ET DV NERVÆ P Hayt.) Bainbr., PARTH·ET DIVI NERVÆ ADNEPOTI Camd. 7 MAVR (M·AVR Grut.) SILVR·NOMID·PO Bainbr., M·AVRELIO ANTONINO PIO Camd. 8 LING . . . Bainbr. (ING Hayt.) 9 OM·Bainbr. TR·POT . . . X . . . IMP COS·III·P p . . . Camd., TR·POT·X·IMP·COS·III·P·P Horsl. 10 PRO PIETATE AED·VO·SOLNE (SOLINE Grut., SONE Hayt.) Bainbr., PRO PIETATE AEDE . . . VOTO·Camd., RO PIETATE AEDE VOTO Horsl. 11 COMMVNI CVRANTE Bainbr., Camd., Horsl. 12 inserui ego. 13 . . . LEG·AVG Bainbr., LEGATO AVG·Camd. 14 COH·III·NERVIO Bainbr., PR . . . COH·III·NERVIO . . . Camd., LEG AVG Horsl. 15 RVM·GR·POS· Bainbr., RVM . . . G·R·POS· Camd., RVM GR POS Horsl., de genio Romae cogitans.

imp(eratori) Caes(ari) L. [Sept(timii) Severi | Pii Pertinacis Aug(usti) Ara]bici Adia[benici Parthici] | max(imi) fil(io), divi Antonini [Germ(anici)] | Sarm(atici) nep(oti), divi Antonini P(ii) pron(epoti), | divi Hadr(iani) abnep(oti) divi Traian(i) | Parth(ici) et divi Nerv(ae) adnep(oti), | M. Aur(elio) Antonino Pio | fel(ici) Aug(usto) [Parth(ico) max(im)o], Brit(annico) max(im)o, p(ontifici) m(aximo)], | tr(ibunicia) pot(estate) X[VI], imp(eratori) [II], co(n)s(uli) IIII, p(atri) p(atriciae), | curante | | leg(ato) Aug(usti) [pr(o) pr(aetore)] | coh(ors) III Nerviorum [c(ivium)] R(omanorum) pos(uit)

Verba vv. 10. 11 corrupta ita tradita a Bainbriggio RO PIETATE AED·VO·SOLNE | COMMVNI (nam Camdeni et Horsleii lectio inde videtur facta esse emendatione), aut aedificii alicuius militaris significationem videntur continuisse, aut nominis Getae; ut initio etiam Severi ipsius nomina titulique possunt deesse. Hoc ideo commendatur, quod Severus postea in hoc titulo non dictus est divus, ut Mommsenus observavit.